GREGORIUS MAGNUS
12. Jh.
Seite 110r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26338
Copyright: Admont, Benediktinerstift



do semetipsum in ostentatione gloriatur. Vnde scriptum est.
Melior est patiens arrogante. quia uidet eligit patiens queli
bet mala perpeti. quam ostensionis iactatione suum bona sua
occulta cognosci. at contra eligit arrogans bona de se falsa
iactari. ne mala possit minima perpeti. Quia quicumque patien
tia relinquit. et iam bona reliqua quae iam gesta sunt destru
untur. recte ad ezechielem ait in altare. di fossa prohibet.
ut in ea uidet supposita holocausta seruentur. Si enim
in altari fossa non esset. omne quod in eo sacrificium reperiret
superueniens aura dispergeret. Quid uero accipimus alta
re di. nisi animam iusti. quae quoddam bona egerit tot sup
se ante eius oculos sacrificia imponit. Quid autem est altaris
fossa. nisi bonorum patientia. quae dum mentem ad adui
sa toleranda humiliat. quasi more foueae hanc in imo posi
tam demonstrat. fossa quippe in altari fiat. ne super positum sacrifici
um aura dispergat. idcirco electae mens patientiam custodiat.
ne commota uento impatientiae. hoc quod bene operata est amit
tat. Bene autem haec eadem fossa uni cubiti esse memoratur.
quia numerum si patientia non deserit. unitatis mensura
seruatur. Vnde et paulus ait. Inuicem onera portate. et sic
adimplebitis legem xpi. Lex quippe xpi est karitas unitatis.
quam soli perficiunt. qui nec cum grauantur excidunt. dici
ant in patientes quod scriptum est. Melior est patiens uiro
forti. et qui dominatur animo suo. expugnatore urbium.
Omnia enim uictoria urbium. quia certa sunt quae subiguntur.
ualde autem maius est quod per patientiam uincitur. quia ipse a se
animus superatur. et semetipsum sibimet ipsi subiecit.
quem patientia intra se frenari compell e t.